



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Compendivm Summæ Card. Toleti**

**Minucius, Genesius**

**Sammieli, 1613**

De 8. 9. 10. & 11. exco[mmunicatione] c. 25.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41701**

nec asportantes merces, aut victualia, nec Christianos in infidelium triribus contra Christianos remigantes, nec similiter qui gratitudinis gratia enses, vel equum ad ipsos afferrent.

*De Octava, Nona, Decima, & Undecima excommunicatione.*

*Capit. 25.*

**O**ctava excommunicatio ligat inuadentes, impediētes, & perturbātes eos, qui victualia ad vsum Romanæ Curie necessaria deferūt. Romana Sedes ibi est vbi Papa; vnde per Romanā Curiam nō intelligitur Populus Romanus, sed immediate vel media ē Papæ inservientes, quales sunt etiam, qui Cardinalibus atque Episcopis ibi inserviunt. Non claudit illos, qui talia victualia, aut ea deferētes impediunt ob necessitatē propriæ Reip. sed eos,



qui ex odio, vel inuidia impediunt, atque eorum defensores, & fautores. \* Nona fulminatur contra capientes, detinentes, spoliantes, mutilantes, interficientes venientes Romam, ibique commorantes, vel inde discedentes. Ligat tamen solum illos qui ad Sedem Apostolicam veniunt Pontificis intuitu, non illos qui alia ratione Romam proficiscuntur.

\* Decima contra interficientes, mutilantes, vulnerantes, detinentes, capientes, & deprædantes Romipetas, & ibi commorantes, vel inde deuotionis ergo abeuntes. Cõprehendit etiam consilium, auxilium, vel fauorem præbentes.

\* Vndecima lata est in eos, qui hostiliter insequuntur, capiunt, detinent, incarcerant, percutiunt, vulnerant, mutilant, vel interficiunt. S. R. E. Cardinales, Archiepiscopos, Sedis Apost. Legatos, Nuntios, & episcopos conse-



cratos, & euientes eisdem à suis  
Terris, & Diocesisibus.

*De duodecima, & Tertiadecima  
Excommunicatione.*

*Cap. 26.*

**C**laudat illos, qui aliquo mo-  
do impediunt cursum cau-  
sarum Rom. Curia, siue per  
se, siue per alium, directe, vel indi-  
recte, aut consilium, vel fauorem  
ad hoc prestunt, aut auxilium: et si  
huiusmodi persecutores in Roma-  
na fuerint Curia, si verberent, aut  
ibi interficiant, duobus Bullæ vin-  
culis ligantur \* Tertiā decimā  
incurrunt impediētes executio-  
nem literarum Apostolicarum  
etiam in forma brevis, tam  
gratiam, quam iustitiam con-  
cernentium, & etiam citationum,  
inhibitionum, sequestrorum, mo-  
nitoriorum, processuum & alio-  
rum decretorū à Sede Apostolica,